fermentatâ (quod intra mensis spatium contingere solet) destillati ℔iß.

Detur ad Vitr. Dosis quotidie mane cochleare unum vel duo per longum tempus, per se, aut cum unciis aliquot *Aquæ destill. Borrag. Bugloss. Cardui Mar. Scabios. Ulmar. Endiv. Nasturtii.* Vel cum haustu solius *Aquæ destill. Galegæ*, ad uncias tres vel quatuor, addito *Cochleari pleno Syrupi ejusdem Galegæ florum.*

Vel ℞. *Essent. Strobil. Plini* ʒvj.
Succin. ʒij.
Lignor. ℥ß.

Misc. detur ad Vitr. Dosis mane ac vesperi horâ quintâ guttæ 20. ad 30. cum vehiculo congruo.

CAPUT XXXI.

De Remediis Præparantibus & Digerentibus.

§. 1.

Præparantia antiquissimis temporibus usitata

JAm in primâ dogmaticæ Medicinæ Scholâ id obtinuit Axioma; crudos non esse purgandos humores, sed eos prius digestos, & ad faciliorem secretionem præparatos. Istud neque hodierna Medicina negligere vel contemnere audet, sæpissimè enim observatur, Purgantia vel nimis graviter Ægros tractare, ac in illis non rarò Convulsiones excitare, aliquando etiam cum aliquâ Febri malignâ subsequente; vel etiam humores propter nimiam sui viscditatem purganti remedio minus obedire, inque corpore subsistere. Sæpissimè enim intra laticem humorosum fixæ nimis, tenaces, acetosæ, & immorigeræ particulæ existunt, quæ præcipitationi, ab ipso Purgante instituendæ, maximopere

mopere renituntur. Usque adeo, ut inter *præparantia* sive *digerentia* Remedia rectissimè recenseantur ea, quæ vel tenacitatem & visciditatem purgandi humoris priùs resolvunt, vel ejusdem acrimoniam, non solùm tormina acerba, sed & molestiorem tenesmum excitaturam, corrigunt & avertunt. In hisce enim duobus totam præparationis rationem consistere nobis quidem verosimile videtur.

Unde parantur digerentia.

§ 2. Hinc *materiam* præparationis ex *Absorbentium*, *Incidentium* & *Aperientium* Tabulis conquirere oportebit, ubi quidem *Incidentia* visciditatem resolvent, *Aperientia* vias patulas reddent, *Absorbentia* verò acrimoniam edulcorabunt.

Quomodo instituenda præparatio.

§. 3. Præparatio humorum purgandorum quandoque ad aliquot dies continuari poterit: interdum autem, prout in Febribus continuis & ardentibus, moram tam longam vix patiuntur, utpote in quibus casibus subinde quoque sine præmisso *præparante* aliquo *emeticum* citò exhibere necesse est.

§. 4. Ipsa quod attinet *præparantia* Remedia, sequentibus ea formulis comprehensa ob oculos ponimus, v. gr.

℞. *Radic. Apii*
Scorzoner.
Asparag. ana ℥iij.
Herb. Agrimon.
Veronic.
Cichor. ana Mß.
Summit. Absynth. pj.
Semin. Dauc. ℥iiß.
Cremor. tart. ℈ij.

Incisa & contusa coque in s. q. Aq. fontanæ ad remanentiam ℔ij. *de quibus m. ac v.* ℥vj. *pro dosi exhibeantur.*

Vel ℞. *Radic. Vincetox.*
Aristol. rot. ana ℥ß.
Calam. aromat. ʒij.
Herb. Meliss.
Hepatic. nobil.
Scabios.
Betonic.
Anserin.
Summit. Centaur. min. ana Mß.
Passul. maj. exacinat. ℥j.
Semin. Anis. ʒj.

Incisa & contusa misceantur & insuantur Nodulo ex syndone, cui affunde Vini albi veteris ℔ij. *Aq. Endiv. & fontan ana* ℔j. Stent sic infusa, indeque mane ac vesperi Cyathus exhauriatur.

℞. *Radic. Gramin.*
Carlin.
Cichor.
Rub. Tinct. ana ʒij.
Herb. Capill. Vener.
Fumar.
Cuscut.
Ceterach.
Scolopendr.
Cochlear. rec. ana Mß.
Cortic. Cappar. ʒiß.
Cinamom. elect.
Semin. Fœnic. ana ʒj.
Salis Absynth. ℈ij.

Incisa & contusa insuantur Nodulo, cui affunde Vini albi veteris & Aquæ fontanæ ana part. æq. m. ac vesperi dein exhauriatur Cyathus.

Vel ℞. *Cremor. Tart.* ʒj.

D. ad Chart. ac pridie purgationis ante Cœnam pro dosi capiatur.

Vel

Vel ℞. *Crem. Tart.* ʒß.
Tartari vitriolat. gr. xv.
M. F. Pulv. d. ad chart. Sumatur ut ſuprà.
Vel ℞. *Tartar. vitriol.* ℈j.
Ocul. 69. *ppt* ℈iß.
M. F. Pulv. d. ad Ch. pro doſi.
Vel ℞. *Antimonii diaphoret.*
Cremor. Tart.
Salis Abſynth. ana ℈j.
M. F. Pulv. pro ij. *doſibus, pridie purgationis ſumendis.*
Vel ℞. *Salis Abſynth.*
Centaur. min.
Card. bened. ana ℈ß.
Cremor. Tart. ʒß.
M. f. Pulv. ſubt. in ij. *doſes pridie purgationis ſumendas.*
Vel ℞. *Elixir. propriet. Parac.* ʒiß.
D. ad Vitr. Ante purgationis diem gtt. xx. vel xxx. ſemihorio ante prandium ac cœnam capiantur.
Vel ℞. *Elixir. propriet. Parac.* ʒj.
Tinct. Antimonii ʒß.
M. ad Vitr. Capiatur ut ſuprà.
Vel ℞. *Eſſent. Abſynth.*
Cent. min. ana ʒj.
Zedoar. ℈j.
M. ad Vitr. Sumatur ut ſuprà.
Vel ℞. *Elix. Vitriol. Mynſ.* ʒiß.
Tinct. Corallor.
Mart. aperitiv. ana ʒß.
M. ad Vitr. Uſus ut ſuprà.

Subinde tamen *Purgantia* & *Præparantia* ſimul in *Infuſis*, *Apozematibus* ac *Vinis medicatis* præſcribuntur, quemadmodum id in Capite de Purgantibus inter formulas fuſius patebit.

CAPUT